

NOVUS DIURNARIUS LATINUS — INTEGER ABDESLAM IN GALLIAM TRADITUR

Le 06 Mai 2016



Die Mercurii vicesimo septimo mensis Aprilis anno 2016°

Unus suspectus nomine territoris adhuc vivus ex iis qui impetuum Lutentiensium die decimo tertio mensis Novembris anni bis millesimi decimi quinti participes fuerunt, Integer Abdeslam, die Mercurii mane, e Belgio profectus in Galliam pervenit. Praetor autem Lutetiensis eum esse iudicibus tradendum nuntiavit, ut ipsi de eo quaestionem haberent. Cum mense praeterito Bruxellis comprehensus sit paucis diebus antequam aliae strages in urbe capite apud Belgas ederentur, iste bellator Mahumetanus, fanatico ardore incensus, paulo post nonam horam matutinam Gallis traditus est.

Lire sur [Reuters](#)

Tags:

[Novus Diurnarius Latinus](#)

[France](#)

[Belgique](#)

[terrorisme](#)

[attentats](#)

[Salah Abdeslam](#)
